



## CONCOURS GÉNÉRAL SÉNÉGALAIS

1/1

05 1 CGS 03 01  
Durée : 4 heures  
Toutes Séries réunies

SESSION 2005

CLASSES DE PREMIERES

### VERSION LATINE

LA VIE EST ASSEZ LONGUE, SI NOUS SAVONS L'EMPLOYER.

Major pars mortalium de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur, quod haec tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant adeo ut, exceptis admodum paucis, ceteros in ipso vitae apparatu vita destituat. Neque huic publico, ut opinantur malo, turba tantum et imprudens vulgus ingemuit ; clarorum quoque virorum hic affectus querellas evocavit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est : « vitam brevem esse, longam artem ». Non exiguum temporis habemus, sed multum perdidimus. Satis longa vita et in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac neglegentiam diffliuit, ubi nulli rei bonae impenditur, ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est : non accipimus brevem vitam, sed fecimus.

SENEQUE, De Brevitate Vitae.